Angeb. 2 (3.)

LEONARDI ARETINI AD COLVCIVM SALVTATVM PRAEFATIO.

EGo tibi hunc librum Coluci ex media/ ut aiũt/ grēcia delegi: ubi eiuſcemodi rerum magna copia eſt/ & infinita pene multitudo. Nec uerituſum ne abs te ut parum liberalis ac ſane ingratuſ accuſarer/ ſi ex tāta abundātia hoc tam paruũ munꝰ ad te mitterem. neq; enim id nũc ago. neq; ita amēs ſum ut exiſtimē hac tantula re ſummis tuis erga me officiis ſatiſfacere poſſe. Sed ut mercatores ſolent deguſtationem aliquam rerum uenaliũm accipere/ quo facilius de illarum emptione deliberare queant. Sic ego cum cuperem pro tuis ſingularibus meritis ſumma q̃ in me beniuolentia/ quicqd mea opera/ labore/ induſtria/ efficere poſſem in te unum conferre/ hunc tibi librum tranſcripſi quaſi deguſtationem quandam ſtudiorum meorum. quę ſi tibi doctiſſimo homini ꝓbata eſſe ſenſero/ maiora cum fiducia deinceps aggrediar/ tuo grauiſſimo atq; optimo iudicio confirmatꝰ. Et iam non paruis munuſculis ſed maioribus tecum agam. q̃q̃ id quod de muneris paruitate ſupra dixi non ad librum ipſum ſed ad conuertēdi laborem referri uolo. Nam &ſi liber per ſe breuis eſt/ tantum tamen ponderis ei adiicit Baſilii nomen ut magnus putari debeat auctoritate ſcribentis. quę quidem apud grēcos tanta eſt ut & ſeueritate

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Angeb. 2)

uitę: & ſanctimonia morum: & pręterea optimarum artium ſtudio/ ſacrarum q; litterarum doctrina cęteris ferme omnibuſ exiſtimet̃ pręcellere. Sed cum ſint permulti atq; inclyti libri quos ille accuratiſſime ſcriptos reliquit/ noſ in pręſentia hunc potiſſimũ delegimus: maxime cum conducere ad ſtudia noſtra arbitrati ſumus. Atq; ideo libenti? id fecimus q; auctoritate tanti uiri/ ignauiam ac puerſitatem eorum cupiebamus refringere/ qui ſtudia humanitatis uituperant: atq; ab iis omnino abhorrendũ cenſent. Quod iis contingit fere qui ea tarditate ingenii ſunt/ ut nihil altum neq; egregium ualeant intueri. qui cum ad nullam partem humanitatiſ aſpirare ipſi poſſint/ nec alios quidem id debere facere arbitrant̃. Sed hos cũ ſua ignorantia relinquamuſ. neq; enim digni ſunt de quibus uerba fiant. & iam Baſilium ipſum audiamus in quo animaduerte quęſo quanta grauitas ſit;